

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Monitoria Directio Pro Ordinandis, Eorundemque  
Examinatoribus, animarum Curatoribus, & Religiosis  
secularium Confessariis**

**Agostini, Giuseppe**

**Coloniae Agrippinae, 1663**

Regulares non possunt poenitentes suos à casibus Sedi Apostolicae & Ordinario Dioecesano reservatis absolvere sine speciali licentia, n. 52.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9994**

dentia Papæ Octavi, Anno ejus Sexto, die verò lunæ Octava Januarii. Retroscriptæ literæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Basilicarum S. Joannis Lateranensis, ac Principis Apostolorum de Urbe, & in acie Campi Floræ, ut moris est, per nos Franciscum Pignoccatum, & Pompejum Girantum ejusdem Sanctissimi D. N. Papæ Cursores.

*Brandimartes Latinus pro Mag.  
DD. Curs.*

*Regulares non possunt pœnitentes suos à cabis Sedi Apostolica & Ordinario Diocesano reservatis absolvere sine speciali licentia.*

LII. Veruntamen ne Regulares cuiusvis Ordinis, Congregationis, Societatis, & Instituti etiam Archiepiscopali nostra auctoritate Ordinariâ approbati potestati suæ limites transcendant, quæ  
Sacra

Sacra Congregatio Cardinalium, qui  
Episcoporum & Regularium negotiis  
& consultationibus praesunt, circa fa-  
cilitatem absolvendi à casibus Sedi  
Apostolicæ, & Ordinario reservatis de-  
claravit, ex ipsiusmet Congregationis  
subjectis hic verbis quisque cognoscere  
potest.

Declaratio Sacrae Congregationis Epi-  
scoporum, & Regularium, circa facul-  
tatem absolvendi à casibus Sedi  
Apostolicæ, & Ordinario  
reservatis.

**S**acra Congregatio S. R. E. Cardinalium  
negociis, & consultationibus Episcopo-  
rum, & Regularium praeposita censuit, per  
Confirmationes Privilegiorum, quas Regu-  
lares à Sede Apostolica post Sacrum Cònci-  
lium Tridentinum obtinuerunt, nequaquam  
revixisse privilegia prius ab eodem Concilio,  
ac deinde etiam ipsius Congregationis de-  
cretis sublata, atque extincta, si quæ habe-  
bantur.

bant, absolvendi à casibus Ordinario loci reservatis; Quemadmodum nec indulta absolvendi à casibus contentis in Bulla, quæ in die Cœnæ Domini legi consuevit, ut potè sublata per annuam ipsius Bullæ publicationem, vires, aut robur acquisivisse ex subsequentibus privilegiorum Confirmationibus: Ac proinde Regulares cujusvis Ordinis, Congregationis, Societatis, & Instituti, etiam necessariò exprimendi, nec intra, nec extra Italiam in vim privilegiorum, aut Confirmationum ejusmodi, quas vel ha-  
ctenus obtinuerunt, vel deinceps forte obti-  
nebunt, posse quemquam absolvere ab eis-  
dem casibus in Bulla Cœnæ, aut Ordinario  
loci reservatis: Ac si seculis egerint, absolu-  
tiones nullas; atque irritas fuisse, ac fore,  
Ab aliis vero casibus, & censuris Sedi Apo-  
stolica reservatis, si quidem Regulares ha-  
beant à Sede Apostolica absolvendi faculta-  
tem, illam extra Italiam minime subla-  
tam fuisse iisdem Sacr. Congregationis de-  
cretis hac de re editis jussu Sanctissimi Cle-  
mentis VIII.

Quando

*Quam Sacrae Congregationis senten-  
tiam Sanctitas Sua ad se relatam approba-  
vit, mandavitque ab omnibus, ad quos per-  
tinet, inviolabiliter observari. Roma 17. No-  
vembris 1628.*

F. A. Card. S. Honufr.

P. Fagnanus Secr.

*Regularibus omnibus vetitum est ministrare  
secularibus personis Sacraenta Ba-  
ptismi, & extra suas Ecclesias, Eucha-  
ristiae: item Extremae Unctionis, & Ma-  
trimonii.*

LIII. Quod Regularibus omnibus  
de confessionibus secularium audiendis, id quoque non in hori ratione de  
administratione Baptismi, vel Sacro-  
Sanctæ Eucharistiae extra suas Ecclesias,  
vel Extremæ Unctionis, ac multò ina-  
gis de solemnizatione aut benedictione  
Matrimonii, quæ debent à propriis Pa-  
rochis